



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Exemplorvm Libri Tres**

Liber Primvs Siue Vis Et Virtvs Exemplorvm, Hoc est, Solatia Et Docvmenta  
- Hæc Moribvs, Illa Temporibvs Nostris Adhibita

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, Anno M.DC.L.**

Caput XXIX. Diui Pauli in tribulatione gaudentis exemplum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48162](#)

108 Cap. XXIX. S. Pauli inter aduersa constans, & laetus animus.

tamquam verus Christianus, plus quam in illa alia re gloriabor.

S. Greg. Nazian. in oratione nebris Basili. *Cum aliis, ait de se, & de S. Basilio S. Greg. Nazianzenus, alia quaedam cognomenta sint vel a parentibus accepta, vel ex seipso, hoc est, ex proprijs vita studijs comparata: nobis contra magnum nomen erat, Christianos & esse, & nominari; atque ea re magis efferebamur, quam Gyges pala annuli conuersione (si quidem hoc fabulosum non esset) per quam Lydiorum tyrannidem occupauit.*

C A P V T XXIX.

Divi Pauli in tribulatione gaudentis exemplum.

I.

Plutarch in Themist.

a. Cor. 12:10.

II.

Rom. 5:3.

Galat. 4:14.

S. Augustin. serm. 20. de verb.

**E**trus Christum, Paulus & Petrum & Christum, in cruce cum gaudiis ferenda, strenue est vel comitatus, vel imitatus, ut nos Christum, & Petrum, & Paulum haberemus tam comitandos, quam imitandos. Nam si trophæa Marathonia Themistoclem è somno excitauerunt; quem nostrum non impellerent aculeis potentissimis horum exempla? Et quidem de Christo, deque Petro Apostolo satis dictum est. Quis vero sensus, quæ mens Paulo fuerit, ex ipso Paulo discatur.

*Placito mihi, in infirmitatibus, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Pro placebo, Græcè legitur εὐδοκῶ, delector, hoc est, ut ibidem exponit Theophylactus, non tantum eas fortiter fero, sed & ijs pascor, & oblector; non tamquam per se expetendis, aut ex se oblectare solitis, sed quia per illas perficitur in me virtus Christi.*

Alij gloriantur, de secundis rebus, de fortuna, de felicitate; at S. Paulus, gloriatur, ait, in tribulationibus, tamquam in præclaris Dei donis, ac beneficijs, quibus nos perficit, & ad patientiam, omnemque virtutem, ac præsertim ad spem certam æternæ gloriae, velut secundo æstu, promouet. Quin adeò magni

*estimat hanc malorum tolerantiam, ut profiteatur, nullam se*

*etiam in hoc mundo gloriam estimare: Mihi absit, ait, gloriari,*

*nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus*

*est, & ego mundo. Poterat Apostolus gloriari in sapientia Christi, &*

*verum diceret; ait S. Augustinus; poterat in Maiestate; poterat in*

*potestate; & verum diceret; sed dixit, in cruce. Vbi mundi Philoso-*

*phus*

Cap. XXIX. S. Pauli inter aduersa constans, & letus animus. 109

plus erubuit, ibi Apostoli thesaurum reperit, ut qui gloriatur, in Domino glorietur. Quo Domino? Christo crucifixo, ubi humilitas, ibi maiestas; ubi infirmitas, ibi potestas. Vbi mors, ibi vita; si vis ad illam venire, noli ista contemnere, noli ignorare; ideo in fronte, tamquam in sede pudoris, signum crucis accepisti. Hæc Augustinus.

Nec in gloriam tantum Paulo crux fuit, sed etiam in lumen-  
tiam. Nam cum videret, quasi niuis cumulos, tentationes quotidie  
ingruentes, ait S. Chrysostomus, non aliter, quam si in medio Para-  
diso vixisset, ita gaudebat gestibatque: ac proinde, ut qui hoc gaudio  
gaudet, non potest ab animi perturbatione vinci; ita qui hoc non tene-  
tur gaudio, à quibuslibet facile capi vinci: ac prorsu huic idem ex-  
nit, quasi si quis arma gestans imbecilla, qualibet leui plagâ vulnera-  
retur: nullum armature genus validius, quam gaudere secundum De-  
um. Hæc S. Pater, quibus ostendit, esse etiam quandam in cru-  
ce gaudendi necessitatem, si quis eam cum fructu victoriaque  
velit superare. Certè, qui malo accepto incipit tristari, iam ex  
magnâ parte superatus est, nam malum eum deiecit de lætitia  
mentis: deiici autem, est quoddam vinci. Si vincendum ergo,  
gaudendum.

III.

S Chrysost.  
hom. 1. in 2.  
ad Corinths.

Aiunt de frontibus draconum gemmas erui, & (teste Tertul-  
liano) in piscium cerebris lapidatis quadam est. Itaque qui vestiu-  
Tertull. de  
pretio fulgent, de ipso serpente, aut pisces sunt cultiores. D. Pau-  
Habitu Ma-  
lus gaudium gloriamque suam, de doloribus atque ignominia,  
tamquam de dracone gemmas promit. Nam quod illius gau-  
dium? quæ gloria? In laboribus plurimis, ait, in carceribus abun-  
dantiis, in plagiis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudeis iuxta Deut.  
quinquies, quadragonas, unâ minus, accepi. Ter virgis casus sum, se-  
2 Cor. 11. 23.  
mel lapidatus sum, ter nanfragium feci, nocte & die in profundo ma-  
ris fui, in itineribus sape, periculis fluminum, periculis latronum, pe-  
riculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis  
in solitudine, periculis in falsis fratribus: in labore & arumna, in vi-  
giliis multis, in fame, & siti, in iejunis multis, in frigore, & nuditate,  
prater illa, qua extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo  
omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis  
scandalizatur, & ego non voror? Si gloriari oportet: qua infirmitatis  
mea sunt, gloriabor. Deus & Pater Domini nostri IESV Christi, qui  
est be-

O 3

Vide Baro-  
nium tom. 1.  
Anno Chri-  
sti 39.

*est benedictus in saecula, scit quod non mentior. Damasci prepositus Gentis Areata Regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me com-prehenderet: & per fenestram, in spora dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius. In his, non in prodigijs, non in miraculis suis, gloriatur, & deliciatur Paulus.*

## V.

Gal. 6. 14.  
Apud Suriū,  
tom. 1. in  
Februari.

Ac licet diuersos patiendi modos enumeret, nihil tamen à protestatione sua alienum facit, quā dixit: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV Christi. Sicut enim in Actis B. Dorotheæ Virginis & Martyris Theophilus in equuleo tortus dixit; Ecce, modo Christianus sum; quia in cruce, id est, in equuleo, suspen-sus sum: ita vniuersa hæc mala D. Paulus cruces potuit meritò appellare. Solenne enim est nobis, ut crucem vocemus, quidquid nobis triste, & aduersum contingit. Gloriatur ergo in cruce Paulus, dum in his gloriatur.*

## VI.

S Chrysost. in moral. hom. 25. eit. 24.

Cant. 8. 7.

Act. 27.

## VII.

Enimvero illa ipsa crucis varietas, quemadmodum eum magis exagitabat, ita impensis delebat, & longè reddebat gloriofiores. Quocirca D. Chrysostomus diuite suā venā, hoc eum encomio ornat: *Paulus luctator orbis, & pugil omni lucta ge-nere certat, & vincit: hic ei Apostolicus character; hisce luctis con-tinxit Euangelium, & quasi flamma inextingibilis ignis, si in mare la-psa fluctibus undique mergitur, & iterum fulgida ascendit: sic & Paulus undique pressus nec oppressus, sedere nescimus, clarior semper reddit, patiendo vitor, & nullius martyr. Ita Chrysostomus. Quibus ver-bis igni inextinguibili comparat D. Pauli charitatem, quam sci-hic aqua malta non non potuerunt extingnere, cùm naufragium ter fecerit, nondum tamen fatigatus, nondum refrigeratus, per-fliterit in ardore, & amore patiendi. Quia verò Melitense naufragium, diu, postquam hæc scripsit, nimirum, cùm vincitus Ro-mam mitteretur, euénit; intelligimus, eum etiam quartā vice nauem fregisse.*

Intueamur ergo Paulum quartò, iam in vasto mari versantē, & circa eum jactatas sarcinas, vectoresq; fluitantes; quād diuer-sa ratione vtrīmq; fluctus sustinentur? Alij suspirant, gemunt, vo-clerantur, & existimant, se non in falso mari, sed in falso fletu suo natitare: Paulo autem ipsæ procellæ videntur esse campu-victoriæ, arbitraturque, se in quemdam Oceanum gaudiorum, incidi-

incidisse. Itaque quod alijs charybdes, hoc illi jam sanctas quasdam Sirenes representat. Nam in aquis Deum laudanti, diuina & gaudia, & auxilia manum subiecerunt.

Sic, Orpheo quatiente chelyn, vaga saxa trabuntur;

Sic & Arionijs fidibus Delphines aderrant.

Audi rursus S. Chrysostomum: Paulus praedeuotionis abundantia, dolores pro virtute suscepitos, quodammodo non sensit; quin etiam virtutem ipsam pro mercede pensauit, quotidie eclsior, quotidie aspergebat ardenter, ouans in omni impugnazione referebat victoriam, verberibus & iniuriis affectus triumphabat, mortem potius appetens, quam vitam; paupertatem potius quam opulentiam; multò amplius laborem desiderans, quam aly reqsuum; urbes, gentes, provincias, portates, quasi arenam, vilia reputabat; illorum, qua h̄c habentur, nihil asperum, nihil etiam suave estimabat; tyrannos quasi onices quosdam reputabat; mortenos, cruciatos, nolle supplicia, quasi ludum putabant esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid sustineret; adamus erat, immo adamante durior, & fortior; tamquam pennatus totum docendo pernolauit orbem, & velut incorporeus labores omnes periculaq; contempsit, & quasi iam calum possidens, cuncta prorsus terrena despexit. Ita D. Pauli singularis amator & cultor Chrysostomus.

**VIII.**

S. Chrysost.  
hom. 2, de  
laudib. Sc  
Psali.

Quid quod Apostolus eò usque progressus est, ut, quemadmodum rebus molestis gaudebat, ita iucundis offendetur, easque tamquam Catharma, aut strebulam carnem abhorret? Neminem latet quantum à cruciariis, ac patibulatis abhorremus. Nam & mortis infamia, & mortalis fœtor, & triste criminis monumentum, id genus homines omnibus reddit exosos, adeò ut olim existimatus maledictus à Deo sit, qui pendebat in ligne. Dexterrus. Neque apud profanos scriptores quidquam est ignominiosius, quam furiferum appellari. Pro tali ergo Mundum habet Paulus, & Paulum Mundus, ipso Paulo teste ac dicente: Mibi mnn. Gal. 6,14. dux crucifixus est, & ego Mundo; hoc est, Mundus Paulum, ut peripsema & crucifixum, estimat. Cur ita? quia Mundum prius, & quidquid est in Mundo, Paulus habet pro suspendario, pro eo, qui in infelicem arborem datus, & infamis est, & fœtet, &, tamquam putridum cadauer, è patibulo pendet, oculorum detectatio,

**IX.**

tio, narium pestis, pessimorumque facinorum triste monum-  
tum. En quod deueniat Apostolica virtus? Pati, illi dulce est;  
gaudere, amarum: neque dolet in dolore, neque gaudet in vo-  
luptate; immo in dolore gaudet, in gudio dolet; mel illi fel est;  
& absynthia, Coa, Chia, Cæcuba vina, videntur: in tantum gra-  
tia naturam potest eleuare. Neque mirum est, non dolere eum  
in dolore, qui mortuus est mundo; neque gaudere in voluptate,  
Philipp. 4.13, qui viuit Christo: *Omnia possum, ait, in eo, qui me confortat.*

### C A P V T   X X X .

*Divi Pauli in tribulatione gaudentis imitatio.*

I.  
S. Bernard.  
serm. 7. in  
quadrages-  
ma,

**P**ossunt & cæteri Christiani, omnia in eodem: quibus  
mellifluus Bernardus tres gradus tradit, in Mundo mo-  
riendi, si quidem ad perfectionem, & iter Pauli aspirent.  
Primus est, ut eiusmodi homo, in hac vita se gerat, tamquam per-  
egrinum, qui si forte iurgantes viderit, non attendit; si ubentes, an-  
choros ducentes, aut aliud quodlibet facientes; nihilominus transit,  
quia peregrinus est, & non pertinet ad eum de talibus; ad patriam  
suspirat, ad patriam tendit, vestitum & vinctum habens non vult alijs  
onerari. Secundus est, ut se gerat, tamquam mortuum, qui non sen-  
sit; sed sic viuperantes, ut laudantes, sic adulantes audit, ut detra-  
hentes: immo verò nec audit, quia mortuus est. Omnino felix mors, qua  
sic immaculatum seruat, immo penitus alienum facit ab hoc seculo. Sed  
neceesse est, ut qui non viruit in se, viruat Christus in illo. Hoc est enim  
quod ait Apostolus, *V. uo autem iam non ego, viruit verò in me Christus:*  
ac si diceret: *Ad alia quidem omnia mortuus sum, non attendo, non  
curo: siqua verò sunt Christi, hac viuum innemunt, & paratum.* Ter-  
tius est, si non tantum mortuus sit, sed & crucifixus, ut dicat, *Mihi  
mundus crucifixus est, & ego Mundo.* Omnia, qua Mundus amat,  
erux mihi sunt: putra, delectatio carnis, honores, dinitia, vana homi-  
num landes; que verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis  
adhæreo, illa tota amplector affectu. Hæc sentiunt ita omnes, qui  
Christo consentiunt; hoc est, qui in Christo viuunt, & sentiunt,  
atque ex animo dicunt ei, tamquam parenti, in humeros suscep-  
pto:

Virgil. lib. 2.  
Æneid.

*Quò res cumque cadent, unum & commune periculum,  
Vna salus ambobus erit.*

Igitur